

Dñica xi. post trinita.

assequi precedētes. Agit gratias presbyter et ascendit. et post horam sic residens obdormiuit. Circa vesperam vero cum euigilaret et circumspiceret ubi esset. dixit illi ductor suus. potes ne cognoscere locum illum? et ille pre timore maximo vix respondere valens. videtur mihi inquit domine quod ecclesia hec que ante nos est ecclesia mea est et domus hec proxima qua mansi. Cui ductor. recte tibi videtur. christus glorifica cuius sacramenta veneratus es. et quorum causa in longinquas terras solitudinem non horuisti. hoc dicens subito disparauit. Sacerdos autem intrans ecclesiam omnibus magnalia dei enarrauit. Ecce quod bonum est audire missam cum deuotione specialiter diebus dominicis que est dies letissime christi resurrectionis.

*De eadem dominica.
Sermo secundus.*

Phariseus stans hec apud se orabat deus gratias ago tibi. quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus ieiuno bis in sabbato decimas de omnibus que possideo. Luce ubi supra. Philologus. vii. li. animalium dicit. In cunctis mortuis corporibus pectus altius subito eleuatur. Cuius ratio est. quia in morte totus sanguis ad cordis transfuit regionem in auxilium ipsi vite. quia cor est primum viuens et vltimum moriens. multa aut sanguinis confluxio intumescere facit carnem siue pectus ut asserit constantinus. Moraliter hoc intelligendo dicitur quod omnis peccator mortalis mortuus est in anima cum deus deserit eum qui est vita. Quia dicit Augustinus in libro de vera Innocentia. Due vite sunt vna corporis. alia anime. Sicut ergo anima est vita corporis. Sic vita anime deus. et quomodo si anima deserit corpus moritur sic anima moritur si deserat eam deus. Sicut igitur in mortuis corporibus pectus altius eleuatur. Sic et cor in multis mortuis spiritualiter per superbiam et iactantiam extollitur ut de se magna dicant alios contemnendo et non solum contemnunt homines. sed et deum. De contemptu hominum legitur Iudic. ix. quod Baal ex superbia despexit Abimelech quando dixit. quis est Abimelech et que est Sychem ut seruamus ei? nunquid non est ipse filius Die-

roboal? utinam inquit daret aliquis populum istum sub manu mea ut auferam de medio abimelech. Idem etiam patet de Siliad qui contempsit David qui contra ipsum iniuit certamen singulare. i. Regum. xvij. Sed contemptu dei. legitur. ij. Machabe. xv. de Nicanore. qui cum pugnaret contra iudeos. dixerunt ei Deus potens est in celo qui iussit sabbatum diem celebrare. respondit iactans. et ego potens sum in terra qui iubeo summi arma. Et ratio est quare tales sic in iactantia et in superbia intumescunt. quia multus sanguis peccatorum fluxit in cor ipsorum propter quod per superbiam eleuantur. Quia dicit Hieronymus i. li. de illis viris. Quanto quis morti scilicet spirituali vicinior. tanto vana mundi huius altitudine intumescit. et hoc ad presens patet de phariseo qui in multis fuit innoxius et se tamen ultra alios extulit cum dicit. Non sum sicut ceteri hominum. ut dicunt verba euangelij prelibata. In quibus duo facit. primo mala de se remouendo ibi. Non sum sicut ceteri hominum. secundo bona sua predicando ibi. Ieiuno bis in sabbato. Circa hoc notandum. plura tangit euangelista vitia de isto phariseo. Primum est ipsius elatio. et hoc tangit ibi. Stans. Et hoc secundum Theophilum. Elatum eius animum notat. debuisset enim genuflexisse aut alia signa deuotionis inclinando se ostendisse. Iuxta illud Isaie. xl. Cultu in terram dimisso adorabunt dominum. Et beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis faciendo dicit. Quantus autem quis intentio cordis eorum et voluntas inuisibilis notatur sic visibiliter tamen de membris corporis sui faciunt quod supplicantibus congruit ut cum genua figunt. manus extendunt. solo se prosternunt. non ut indicijs animus pateretur humanus. Sed quia se hinc magis excitat ad orandum et gerendum et humiliter et feruentius. hec Augustinus. At tamen notandum. quod genuflexio in ecclesia non semper est necessaria. sed precipue cum nomen iesu christi vel virginis Marie nominatur. aut corpus christi eleuatur. Iuxta illud apostoli ad Philippenses secundo. In nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et extra de emunitate ecclesie. li. vii. capitulo. Docet. dicit Grego. decimum in concilio lugdunensi. precipue cum agantur missarum sacra mysteria gloriosius illud nomen quando cumque recolitur flectantur genua cordis sui. quod vel capitis inclinatione testantur. Et dicit notanter. genua cordis et non corporis. quia sufficit inclinatio capitis reuerentialis cum deuo-

tionem cordis. Et dicitur signanter superius q̄ non est necessaria in oratione genuflexio. q̄ dicitur Aug⁹. ad simpli. libro sec^{do}. David sedens ante dominum orauit. Velias quoq; sedens orauit quando pluiam orando impetrauit. Quib⁹ exemplis admonemur non esse scriptum quomodo corpus constituitur ad orandum dum anim⁹ p̄ sens domino peragit intentionem suam. Et subdit. Nam et stantes oramus sicut publicanus. et flexis genibus. sicut in actibus Apostolor⁹ legimus. et sedentes oramus non esset scriptum in ps^o. Lauabo per singulas noctes lectum meum hec ille. Ex hoc dicto Augustini in fine autoritatis posito soluitur querentium questio an orandum sit in lecto. Inde Cassianus libro secundo. de institutione monachor⁹ dicit. Finito psalmo non statim ad curuationem genu⁹ currunt apud egyptum probatissimi monachorum. Sicut faciunt nonnulli de refectione potius lass⁹ corporis cogitantes q̄ orationis comoda requirentes. Sed in supplicatione stantes maiorem partem temporis expendunt post humi puncto breuissimo procedentes velut tantum diuinam elementiam exorantes summa felicitate cōsurgūt. Humi nāq; diutius procumbentes non solū cogitationibus sed etiam somno impugnari aiunt. Ex quibus autoritatibus et exemplis potest patere q̄ siue stando siue sedendo aut genua flexendo oremus non peccamus dum humilitatem mentis seruemus. S; iste phariseus qui ad orationem stetit humilitatem mentis non tenuit. ergo vitiosus fuit. Secundum peccatum ipsius ordinis est peruersio. Nam ordinem in oratione peruertit. Nam primo gratias egit q̄ tamen iustus in fine facere consuevit. Nam s^om sapientez. Iustus in principio ē accusator sui. Proverb. xliij. Quia primo accusat se coram deo mala fecisse. Sed iste se excusat. Non inquit sum sicut ceteri hominum raptores adulteri. et c. Num tamē fuit raptor spiritualis. quia gloriam que soli⁹ dei est sibi rapuit. de qua dominus Esa. xlvij. Gloriam meam alteri nō dabo. Iniustus erat. quia humilitatem non habebat sine qua nullus potest esse iustus et virtuosus. quia dicit Cassian⁹ libro collationum. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura p̄surgere nisi prius iactatum fuerit vere humilitatis fundamentum. sine qua nec purgatio peccator⁹ nec emendatio morum nec consummatio virtutū poterit apprehendi. Itēz adulter erat quia contempto deo qui sponsus est anime cum mundo amicitia fecerat cuius fauorem querebat. et de talib⁹ di-

cit Apostolus Jac. iij. Adulteri nescitis. quia amicus huius mundi inimicus dei constituitur. Item iustus in medio debet petere q̄ de⁹ sui miseretur dicens cui⁹ David ps. l. Miserere mei deus scdm magnam misericordiam tuam. aut cū publicano. Deus propitius esto mihi peccatori. Sed ultimo cum sperat sibi a deo peccata dimissa debet gratias ei referre. Et circa hanc gratiarum actionem tria sunt notanda. vt dicit Boetius super li. Sapientie lec. cxcv. Primo quare deo gratiarum actio est agenda. Secundo de q̄bus materia est sumenda. Tercio qualiter gratiarum actio est explenda. Primo ergo gratias agere est multum commendabilis actus. quia ē bonorum operatio. perceptorum augmentatio diuinitatis protestatio. Primo ergo deo regratiari est bonorum operatio que ad nihil aliud vacat nisi ad deum laudandum et de collatis beneficiis ei regratiandum. Et ideo illud artificium bene est addiscendum quo nos ad perpetuum oportet viuere. Transitori ad curiam regis ad discant domi conditiones curie tempestive. Eodem modo nos conuenit in presenti gratiarum actiones addiscere vt sciamus qualiter in patria debeamus nos habere. De qua Esa. li. Gaudium et leticia inueniatur in ea gratiarum actio et vox laudis. Secundo gratiarum actio deuota ē bonorum a deo perceptorum augmentatio. Sic enim deum maxime prouocamus ad dandum maiora si de receptis gratias referimus. Agricola enim nimirum illam terram colit diligenter et seminat que vberius fructum reddit. et quanto ager est fecundior. tanto meliori semine seminatur. Moraliter homo est sicut ager dei. Juxta illud. j. Corinth. iij. Dei agricultura est ipse vero est sicut agricola. Iohan. xv. Pater meus agricola est. Quanto ergo persona maiorem fructum per gratiarum actionem rependit. tanto ei libentius dona sua tribuit. Sicut figuratum est. Gen. xliij. vbi legitur q̄ filij Jacob iussu patris descenderunt in egyptum vt emerēt frumenta tempore famis portantes secum precium frumenti. Ideo Ioseph precepit dispensatori domus dicens. Imple saccos eorum quanto possunt capere et pone singulorum pecunias in sacci summitate. Spiritualiter per Ioseph q̄ interpretatur augmentatio. siue augmentum intellige christum qui auget donum vltra precatū. Juxta illud Ambrosij. Vberior est gratia q̄ precatio. Semper enim dominus plus tribuit q̄ precatur. Ad hunc ergo sic accedūt filij Jacob videlicet supplantatores vitiorum portantes secum precium frumenti. id est gratiarum actionem

Dñica xi post trinita.

plus reportant q̄ petebant. Et ideo optim⁹ mo-
dus amplius impetrandi est gratias agere de
perceptis. Et per oppositum qui non agit gra-
tias de perceptis meretur puniri ⁊ priuari iam
habitis. Apostolo teste. ad Roma. j. De philo-
sophis. qui cum cognouissent dominum. non si-
cut dominum glorificauerunt nec gratias ege-
runt. Sed euauerunt in cogitationibus suis
et obscuratum est insipiens cor eorum. Tercio
gratiarum actio est quedam diuine maiestatis
protestatio. In hoc enim q̄ deo de suis benefi-
cijs regratiamur ipsum dominum nostrum ca-
pitaneum protestamur. In cuius figura adeps
in spiritualibus deo soli offerri debuit. Leuit. iij.
Omnis adeps domini erit iure perpetuo. vnde
et christus volens de septem panibus facere fe-
stum q̄ non fuit opus humanum sed diuinum.
gratias egit fregit et dixit discipulis suis vt ap-
ponerent turbis. Mar. viij. Quarto gratiarū
actio est nostre necessitatis demonstratio. Qui
enim regratiatur suam indigentiam demonstrat
seu protestatur. Et hec est ratio moralis quare
decime institute sunt et deo specialiter dedicate.
Est enim decem limes et perfectio numerorum
⁊ ideo dū nobis nouē retinemus et deo decimū
damus nobismetipsis imperfectionem inesse fa-
temur. et perfectionē attribuimus soli deo. So-
dem modo dum deo de perceptis gratias agi-
mus. protestamur q̄ nihil de nostro munere possi-
demus. Secūdo materiam gratiarum actionis
sumere debemus de diuinis beneficijs que sunt
potissime de opere creationis. redēptionis. ex-
pectationis. iustificationis. conseruationis ⁊ p-
miationis. De opere creatiōis dicit Bernard⁹
Considera deū in beneficio creationis qui cre-
auit te sine cōmodo suo. ps. Bonorum meorum
non eges. Sine merito tuo quia nihil ante pro-
meruit qui penitus non fuit. Cogita qualem te
fecit fm corpus egregiam creaturā. Scdm ani-
mam magis egregiā vtpote imaginem insignē.
rationis participem. beatitudinis sempiternę
capacē. De opere redēptionis dicit in alio ser-
mone. O bone iesu quid tibi et morti nos debu-
imus. et sic tu solius. nos peccauimus et tu luis
opus sine exēplo. gratia sine merito. charitas
sine modo. Item de beneficio expectatiōis quo
nos peccantes expectat ad penitentiam gratia
rum actionis magna materia sumi debet quoti-
ens meruit peccator vt ei tempus penitētię nō
auferatur. Constat enim q̄ quotiēs mortaliter
peccat totiē indignus est vita. quia statim sit
ingratus auctori vite. Ideo dicit Gregorius. q̄
peccator considerare habet quotiens in statu

damnationis existēs in periculo mortis fuit vlt
ab infirmitate intrinseca veniente. Est eni mai⁹
beneficium si quis adductus suspendio et fune
iam applicato ad collum vel si mutilandus mē-
brum extendit mutilatori. si tūc talis ab aliquo
liberetur maximum beneficium esse scitur. quo
tunc diuertisset peccator si tunc quando peccat
liberatus non fuisset nisi ad infernum. huius er-
go liberationis beneficium sempiternum vendi-
cat sibi amorem humanum. Cassiodorus po-
nit exemplum de elephante. Elephāti inquit i-
genium hominis comparari potest. cum enī ar-
bori incise se appodiauerit et arbor fracta ceci-
derit p se surgere nequit. Sic et homo nō solus
surgit et arte iacuit. Belua suis gressibus resti-
tuta memor est beneficij. In magnū quippe be-
neficium recipit cōmune sibi beneficium reci-
pisse congruit ad ipsius arbitriū gressus monet
ipsius volūtate cibos capit. inuicem manus p-
muscidam tendit et a magistro pro futura grā
tantū accipit q̄ se ipsius cura viuere pro posse
intelligit. Si bestia rationē non habens tantas
gratias agit qui se in via lapsū ad gressū redu-
cit. longe magis homo gratias referre tenet il-
li qui plures lapsus in inferni voragine pluries
liberauit. Item de beneficio cōseruationis tam
in esse nature q̄ in esse gratie grates referende
sunt. de quo Augustinus de sancta virginitate.
Quare inquit peccata sic habēda sunt tanq̄ di-
mittantur a quibus deus custodit ne cōmittan-
tur. et a quo quisq̄ ab initio pudicus permanet
ab isto regitur et quisq̄ ab impudico factus est
ab illo corripitur. et quisq̄ in finem pudicus
est ab isto deseritur occulto quidem iudicio sed
non iniquo. Et ideo signanter dicitur. quoniam
non ledebantur gratias agebāt. Nam sancti vi-
ri non solū de sibi dimissis gratias agebant. S
et de his a quibus per suum adiutorium sunt p-
seruati. Ultima materia gratiarum actionis est
premiationis. in quo deus talia preponit electi
que auris non audiuit. oculus non vidit. nec in
cor hominis ascendit in presenti. Tercio quali-
ter gratiarum actio est complenda. debet enim
habere quattuor conditiones si debito modo fi-
eri debeat. videlicet magnanimitate. assiduita-
te pluralitate. et hilaritate. Primo ergo debet
habere magnanimitatem. ratio est. quia homo
plus accepit a deo q̄ aliq̄ alia creatura. ⁊ ideo
debet magis magnifice gratias agere. Nam na-
tura lucis est talis. q̄ vbi plures radij ad aliquē
locum diriguntur ibi maior est reflectio et ma-
ior est reflectio et maior spendoris multiplica-
tio. vnde iuxta terram maior est calor q̄ in me-

dio institutio aeris. pp̄ maiorē & dēfiorē radioꝝ
solarium multiplicationem. Sic moraliter esse
debet quo nam homo plures densoꝝ benefi-
ciorum radios in deum reflectere conuenit. Se-
cundo debet habere assiduitatem. Juxta illud
1. Thessalo. ij. Gratias agite deo sine intermis-
sione. Glo. omnib⁹ horis ad hoc aptis. At hec
ratio est quare omnes horas canonicas p gra-
tias deo terminamus. in signuꝝ q̄ omnia opera
nostra in eius gratiarum actione debent finire.
Tertio debet habere pluralitatem vt pro omni-
bus nō solum pro placentibus et prospis. sed
etiaꝝ pro aduersis. Juxta illud ad Eph. v. Gra-
tias agentes deo semper pro omnibus. Aristo.
ij. Politicorū. prope finem dicit. quod Plato
inter leges ordinauit q̄ ciues se exercitarent
p̄sum et studium vt fieret ambidextri. i. vtra-
q; manus fieret ipsis utilis ad bellandum. Isto
modo moraliter nos exercere debemus vt am-
bidextri fiamus vt patet. non solum tempore p-
speritatis sed etiam aduersitatis contra fortu-
nam pugnare. & deo semper regratiari sciamus
dicit tamen Auicenna. q̄ mulier vtraq; dexte-
ras habens nō sicut vir q̄q; vtraq; vtitur. Ita
moraliter effeminati vtraq; fortunā equanimi-
sustinere non possunt. Sed tantuꝝ prosperitate
vti sciunt. Per oppositum vero viri sancti omni
fortuna bene vtunt ad honorem dei & ad victo-
riam mūdi. talis fuit apostolus Paulus qui di-
cebat. 1. Corinth. j. Deo gratias ago qui semp
triumphat in nobis in christo iesu. Quarto de-
bet habere hilaritatem siue iocunditatem vt nō
fiat ex iusticia aut necessitate. Refert Soli. de
miraculis mūdi. q̄ in allefa regione est fons
semper quietus. ad cantum vero vel ad citharā
siue ad tybiam statim ad sonitum melodie intum-
escit. et ad alueum suum excedit. Fons omnis
bonitatis deus est. hic ad letam gratiarum acti-
onem statim exuberat. et beneficiorum suorum
aquis inundat & p oppositum subtrahit benefi-
cia ab illo qui sibi gratiarum actiones letifice
non reprebendit. Tertium malum ipsius phari-
sei aut peccatum est ipsius socij sui contemptio.
cum dixit. velut hic publicanus. vbi dicit glosa
interlinearis. Ex vicino publicano maioris est
ipsi⁹ tumoris occasio. Superbia enī ex bonis &
malis proximi sui semper facit malum suū si ha-
bet iuxta se miserum magis inflatur. si feliceꝝ li-
uore torquet. Ex aduerso vero humilitas vbiq;
lucrat. Si habet iuxta se miseruꝝ compatitur
si felicem magis humiliatur. Duo ergo conside-
rare debemus vt humiliemur nec alios contem-
namus. Primum est consideratio proprioꝝ
defectuum quibus subiacer homo. Nam dicit i

vitaspatrium quidam senex. quādo cogitatio su-
perbie vel vane glorie te impugnat perferutare
teipsum. Si omnia mandata dei seruasti. Si ini-
micos tuos diligis. Si gaudes in gloria inimici
tui. Si contristaris in deiectione eiusdem. Si co-
gnoscis te seruum inutilem. Si cognoscis te ho-
minem peccatorem. Sic faciebat abbas Moy-
ses qui fuit in seculo magnus peccator & postea
magnus in penitentia. Cum enim temptabatur
de electione recurrebat ad seipsum peccata sua
recogitando. vnde facta est vox demonū ad eū
viciisti nos cuꝝ te exaltamus tu te humilias. Se-
cundum est consideratio alioꝝ profectuum.
Quid enim nobis restat superbiendi occasio de
bonis proprioꝝ cum sint multi plures p̄fecti i
alienis. Si ergo q̄ sint opera tua bona parua in
comparatione alioꝝ hominum consideras. nullo
modo de tuis superbis. Ideo dicit Gre-
gorius. sicut incentiuum superbie est respectus
deteriorum. ita ad cautelam humilitatis est cō-
sideratio melioꝝ. Quartum vitium illi⁹ pha-
risei est virtutum iactitatio. cum dixit. Jeiuo
bis in sabbato. vbi commendauit se a duobus.
Primo de ieiunio dicēs. Jeiuo bis in sabbato
id est. in septimana. Ubi nota. ieiunium est du-
plex. corporale et spirituale. Corporale ieiuni-
um est abstinentia a cibo et potu temporaliter
statutis. Et hoc Petrus Hauaneñ. ieiunium cō-
mendat in sermone de ieiunio. Fratres scimus
ieiunium esse arcem dei. castrum christi. spiritus
sancti murum. vexillum fidei. castitatis signum.
sanctitatis tropheum. hoc Adam in paradiso
seruauit. quem gula extraxit. hoc Noe in arca
custodiuit quem in mundo ebrietas dimersit. p
hoc Loth incendium Sodomorum euasit qui
per ebrietatem incendio postmodum incestus
adustus fuit. Spirituale ieiunium scdm Augu-
stinum super Iohannem. Et ponitur de conse-
cratione distinctione quinta capitulo Jeiuuiz
vbi dicit. Jeiuuim magnum & generale est ab-
stinere ab iniquitatibus & ab illicitis voluptati-
bus seculi. quod perfectum est ieiunium & sine il-
lo non valet corporale ieiunium. Quia dicit Gre-
gorius in omelia. Ductus est iesus. Incassuꝝ ca-
ro atteritur si a prauis voluptatibus anim⁹ nō
refrenatur. Et Iidorus de summo bono. libro
secundo. capitulo vltimo. Jeiuia inquit cū bo-
nis operibus acceptibilia sunt. Qui autem a ci-
bis abstinent et praua agunt demones imitant
quibus esce non sunt & nequitia semper adest.
tale fuit ieiunium istius pharisei qui licet corpo-
raliter ieiunauit non tamen a vitis abstinuit.
Ideo ieiunium suum deo non placuit. sed iacti-
tauit se de datione decimarum cum dixit. Deci-

p̄fecti nobis

7

no

Dñica xi. post trinita.

mas do. 22. Et ad illas dandas tenentur reges
et principes. 22. vt supra sermone. xlv. de remu-
neratione dantium decimas et peccata nō dan-
tium dictum est parte prima. vide de hoc locum
in registro huius prime partis.

*De eadem dominica.
Sermo tertius.*

Publicanus

stans a longe nolebat oculos
ad celum lenare. Sed percuti-
ens pectus suum dicens. de-
propitius esto mihi peccatori. Luc. vii supra.
Aucenna in libro suo de quattuor diluvijs dicit.
3 In vallibus et solitudinibus profundis diluvium
aque accidit vt frequenter. Cuius ratio est. nam
ob concavitatem sui valles et oppositatem su-
am solitudines de nubibus violenter ad se tra-
hant aquas in ipsas. vt dicit comentator. Mo-
raliter per valles quo ad presens intellige hu-
miles propter tria. vt habetur in libro similitu-
dinum. Primo propter aquositatem. cuius enim
sit vallis depressa inter medium duorum monti-
um collocata. ideo est aquarum receptiva. Sic
humilis anima declinans aut deprimens se vo-
luntarie inter duos montes quorum vnus est ex-
tollit de spiritualibus. alius de corporalibus. qui
media transit. et aquas gratiarum recipit. Ju-
xta illud ps. Inter medium montium pertransi-
bunt aque scilicet gratiarum. Quod etiam testa-
tur Cassiodorus super ps. In vallibus quippe
humilium animarum fontes manant et trans-
eunt gratiarum. Secundo fructuositatem. nam
propter humoris copiam in herbis floribus et
frondibus secundantur et ornantur. Sic in hu-
milibus abundant herbe virtutum. fructus ope-
rum. frondes salutiferorum verborum. et flores
affectionum. Juxta illud ps. Valles abunda-
bunt frumento. id est. humiles vite merito. Ter-
tio propter quietem. nam sicut edificia in valli-
bus constituta et arbores minus ventorum im-
pulsione agitantur quam que in montibus col-
locantur. Sic humiles magis sunt quieti a ven-
tis persecutionum quam homines superbi. Sicut
ergo dictum est quod in vallibus diluvium aque ac-
cidit vt frequenter. Sic in humilibus diluvium
celestis gratie accidit et maioris. quia dicit Au-
gustinus. Sicut aqua fluit ad valles. sic aqua
spiritus sancti fluit ad humiles. Sed quid talis

aqua circa eos facit certe sordes peccatorum
purgat et impios iustificat. Sicut patet in ver-
bis allegatis de publicano qui se coram deo hu-
miliauit. ideo iustificatus in domum suam descen-
dit. et hec sunt verba charitati vestre proposita
in quibus humilitas illius publicani a quattuor
laudatur. primo ex timore offensionis ibi. Alo-
ge stans. secundo pondere contritionis ibi. no-
lebat oculos. Tertio dolore commissionis ibi.
sed percutiens pectus suum. quarto seruiore ora-
tionis ibi. Deus propitius esto mihi peccatori. R
Circa illa est notandum. dicit Theophilus in bre-
uiloquio diuersarum artium. in ascendendo al-
tos montes totum necesse est dorsum et corpus
aliqua lenter inclinari. erectus enim quisquis non
ascendit in altum montem. Moraliter per altum
montem intellige humilitatem. Quis dicit An-
selmus in libro similitudinum. humilitas est
mons magnus in cuius sublimitate lux est. Na-
modica et honestarum personarum. id est. san-
ctarum virtutum pulcherrima turba. Sed per dor-
sum intelligitur mens hominis. Juxta illud ps
Diuertit ab oneribus dorsum eius. quasi dice-
ret. a peccatis eleuauit mentem eius. Quicunque
enim cum illo publicano in montem humilitatis
magnum ascendere voluit necesse habet mentem
inclinare ab alta superbie. et gradus quibus ascen-
ditur attingere. quia nullus erectus in superbia
potest ad montem humilitatis veraciter ascen-
dere. Ponuntur ergo in verbis thematis alle-
gati aliqui gradus. Primus gradus quo ascen-
ditur in montem humilitatis est timor offensio-
nis. quod videlicet deum peccatis suis offendit.
Et iste timor est quasi radix humilitatis et qua-
si pes montis. Juxta illud Eccl. iij. Timor do-
mini expellit peccatum. Quia ergo omnis pec-
cator stultus est. conuincitur ex eo quod se a bono
incommutabili auertit et ad peccati turpitudinem
se conuertit. Qui ergo ad sapientiam peruenire
desiderat oportet quod a timore dei incipiat. Co-
gitans ergo peccator que pro peccatis suis pe-
na et que pro bonis meritis debetur gratia sem-
piterna. Incipit eum timere qui potest corpus
et animam perdere in gebennam. Matth. x. et
hoc quantum ad timorem seruilem. vel etiam in-
cipit timere ne a diuino bono separetur quantum
ad filialem timorem. Ex quo quidem timore na-
scitur humilitas. et sic timor dicitur radix humi-
litis. Et iste est primus gradus per quem et iste
publicanus ad humilitatem ascendit. quia timu-
it dominum quem peccatis suis offendit. et pe-
nam quam pro peccatis suis meruit. Quia dicit
Apostolus ad Roma. xij. Cum malefeceris ti-